

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

## CAMBRIDGE LIBRARY COLLECTION

Books of enduring scholarly value

### Classics

From the Renaissance to the nineteenth century, Latin and Greek were compulsory subjects in almost all European universities, and most early modern scholars published their research and conducted international correspondence in Latin. Latin had continued in use in Western Europe long after the fall of the Roman empire as the lingua franca of the educated classes and of law, diplomacy, religion and university teaching. The flight of Greek scholars to the West after the fall of Constantinople in 1453 gave impetus to the study of ancient Greek literature and the Greek New Testament. Eventually, just as nineteenth-century reforms of university curricula were beginning to erode this ascendancy, developments in textual criticism and linguistic analysis, and new ways of studying ancient societies, especially archaeology, led to renewed enthusiasm for the Classics. This collection offers works of criticism, interpretation and synthesis by the outstanding scholars of the nineteenth century.

### Corpus Paroemiographorum Graecorum

Between 1839 and 1851 Ernest Ludwig von Leutsch (1808–1887) and Friedrich Wilhelm Schneidewin (1810–1856), classics professors at the University of Göttingen, published this collection of ancient *paroimia* or proverbs written or collected by ancient Greek authors. Volume 2 (reissued here in two parts) contains writings by Diogenianus, Gregorius Cyprianus, Marcarius, Aesopus, Apostolius and Arsenius. A critical apparatus for each text cites the variant readings between the most important manuscripts and a running Latin commentary is given below the critical apparatus. The *Corpus* has long been considered the definitive collection of Greek paroemiography and the editorial methods underlying it are still followed by editors today. Unsurpassed in breath and scope, the *Corpus* remains an indispensable tool for students and scholars of the Greek proverbial tradition. It ranks as one of the outstanding achievements of nineteenth-century classical scholarship.

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

Cambridge University Press has long been a pioneer in the reissuing of out-of-print titles from its own backlist, producing digital reprints of books that are still sought after by scholars and students but could not be reprinted economically using traditional technology. The Cambridge Library Collection extends this activity to a wider range of books which are still of importance to researchers and professionals, either for the source material they contain, or as landmarks in the history of their academic discipline.

Drawing from the world-renowned collections in the Cambridge University Library, and guided by the advice of experts in each subject area, Cambridge University Press is using state-of-the-art scanning machines in its own Printing House to capture the content of each book selected for inclusion. The files are processed to give a consistently clear, crisp image, and the books finished to the high quality standard for which the Press is recognised around the world. The latest print-on-demand technology ensures that the books will remain available indefinitely, and that orders for single or multiple copies can quickly be supplied.

The Cambridge Library Collection will bring back to life books of enduring scholarly value (including out-of-copyright works originally issued by other publishers) across a wide range of disciplines in the humanities and social sciences and in science and technology.

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

# Corpus Paroemiographorum Graecorum

VOLUME 2:

PAROEMIOGRAPHI GRAECI : DIOGENIANUS,

GREGORIUS CYPRIUS, MACARIUS,

AESOPUS, APOSTOLIUS ET ARSENIUS,

MANTISSA PROVERBIORUM

PART 1

EDITED BY E.L. VON LEUTSCH



CAMBRIDGE  
UNIVERSITY PRESS

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

---

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS

Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,  
São Paulo, Delhi, Dubai, Tokyo, Mexico City

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

[www.cambridge.org](http://www.cambridge.org)

Information on this title: [www.cambridge.org/9781108015547](http://www.cambridge.org/9781108015547)

© in this compilation Cambridge University Press 2010

This edition first published 1851

This digitally printed version 2010

ISBN 978-1-108-01554-7 Paperback

This book reproduces the text of the original edition. The content and language reflect  
the beliefs, practices and terminology of their time, and have not been updated.

Cambridge University Press wishes to make clear that the book, unless originally published  
by Cambridge, is not being republished by, in association or collaboration with, or  
with the endorsement or approval of, the original publisher or its successors in title.

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

---

**P A R O E M I O G R A P H I  
G R A E C I.  
T O M U S II.**

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter


[More information](#)

**CORPUS  
PAROEMIOPHRORUM  
GRAECORUM.**

**Dr ERNESTUS LUDOV. A LEUTSCH**  
**PROFESSOR GOTTINGENSIS.**

---

**DIOGENIANUS. GREGORIUS CYPRIUS. MACARIUS. AESOPUS.  
APOSTOLIUS ET ARSENII. MANTISSA PROVERBIORUM.**



**GOTTINGAE**

**SUMPTUS FECIT LIBRARIA DIETERICHIANA**

**MDCCLXI.**

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

# **PAROEMIOPRAPHY**

## **G R A E C I.**

**DIOGENIANUS.**

**GREGORIUS CYPRIUS. MACARIUS.**

**AESOPUS. APOSTOLIUS ET ARSENIUS.**

**MANTISSA PROVERBIORUM.**

---

**E D I D I T**

**Dr ERNESTUS LUDOV. A LEUTSCH**

**PROFESSOR GOTTINGENSIS.**

---



**GOTTINGAE**

**SUMPTUS FECIT LIBRARIA DIETERICHIANA**

**MDCCCLII.**

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

---

**IN PIAM MEMORIAM**

**CAROLI ODOFREDI MUELLERI.**

## LECTURIS S.

**Tandem nomen**, quo Schneidewino interprete in prae-  
fatione T. I<sup>o</sup> huius corporis praemissa publice me obstrin-  
ixeram, dissolvi, si non ut debui, at certe ut potui. Com-  
prehenduntur enim hoc volumine haec :

§. 1. **Diogeniani** Epitome, quam e codice Vindobonensi  
a me rogatus descripsit Bakhuizen van den Brinck, vir do-  
ctus Batavus, cui gratias hoc loco ago quas possum maximas.  
Codex, qui, a Lambecio CXXXIII numeratus, a me in notis  
criticis litera d, in annotationibus siglo DV insignitus est,  
inter alia opuscula varii argumenti, etiam Lexicon conti-  
net ab Ioanne quodam scriptum, id quod ipse in ultima  
Lexici pagina his verbis testatur: *'Ιωάννη γράψαντι τῷ  
παλοεἰδῇ ἔτους ἐνυπάρχοντος Σ Δ λθ̄ τνδ̄ δ' μηνὶ Δεκεμ-  
βρίῳ*, i. e. a. post Chr. n. MCCCCXXXI: ab eadem manu,  
ut Bakhuizeni diligentia patefactum est, quum Diogenianus  
exaratus sit, quae aetas eius sit et qui scriptor patet. Ce-  
terum hac sylloga docemur, multos esse exquirendos codi-  
ces, ut de germana operis Diogenianei forma certum iudi-  
cium aliquando facere possimus: v. T. I. praef. p. xxviii.

Diogenianum excipit **Gregorius Cyprius**, de quo  
v. T. I. praef. p. xxxvi. Codicem qui integra Gregorii  
proverbia contineret non nactus sum: sed syllogarum quas  
p. 53 sqq. edidi auctores e Gregorio sua derivasse ex com-  
paratione collectionis T. I. p. 349 editae cognoscitur. Syl-  
logas autem istas quantivis pretii suppeditaverunt hi codices:

§. 2. [L] **Leidensis**, in Catal. Bibl. Lugd. Bat. p. 404  
n. 14, saeculo XVII scriptus et idem, de quo T. I. p. 535  
monitum. Cuius codicis exemplum nitidissime exaratum  
officiosae Jacobi Geelii comitati acceptum refero.

§. 3. [M] **Mosquensis**, in Matthaci Catal. Codd. Mosq.  
n. 284, chartaceus, saeculo XIV vergente aut XV incipi-

## VIII

ente scriptus. **Apographum sua manu factum ultro obtulit  
Vir doctissimus, C. Hoffmannus, professor Mosquensis.**

§4. [F] **Vaticanus**, n. 413, saeculo XV scriptus: inter alia varii generis proverbiorum collectionem complectitur, quam meum in usum descripsit H. Kcilius, seminarii philologici Gottingensis nuper sodalis. Quae sylloge quum a LM non multum discreparet, partem p. 131 speciminis loco exprimendam curavi: in reliqua parte quas inveni lectiones notatu dignas suis locis in notis ad LM et Apostolium commemoravi. Insunt autem proverbia hoc ordine:

I, 1 – 55 v. p. 131 sqq.	I, 84 v. <b>L II</b> 8
56 — <b>L I</b> 77	85 — <b>L II</b> 9
57 — <b>L I</b> 78	86 — <b>L II</b> 10
58 — <b>L I</b> 79	87} — p. 134
59 — <b>L I</b> 80	88} — p. 134
60 — <b>L I</b> 81	89 — <b>L II</b> 11
61 — <b>M II</b> 55	90 — <b>L II</b> 12
62 — <b>L I</b> 74	91 — <b>L II</b> 13
63 — <b>M II</b> 59	92 — <b>L II</b> 14
64 — <b>L I</b> 83	93 — p. 134
65 — <b>L I</b> 84	94 — <b>L II</b> 15
66 — <b>L I</b> 85	95 — <b>L II</b> 16
67 — <b>L I</b> 89	96 — <b>M III</b> 29
68 — <b>L I</b> 90	97 — <b>L II</b> 17
69 — <b>L I</b> 91	98 — <b>L II</b> 19
70 — <b>M II</b> 84	99 — <b>L II</b> 20
71 — <b>L I</b> 92	100 — <b>L II</b> 21
72 — <b>M II</b> 86	<b>H,</b> 1 — <b>M III</b> 59
73 — <b>L I</b> 93	2 — <b>M III</b> 61
74 — <b>L I</b> 94	3 — <b>L II</b> 26
75 — <b>L I</b> 95	4 — <b>L II</b> 27
76 — <b>L II</b> 2	5 — <b>L II</b> 28
77 — <b>L II</b> 3	6 — <b>L II</b> 30
78 — <b>L II</b> 4	7 — <b>L II</b> 29
79 — <b>L II</b> 5	8 — <b>M III</b> 74
80 — <b>L II</b> 6	9 — <b>L II</b> 31
81 — <b>M II</b> 99	10 — <b>L II</b> 32
82 — <b>L II</b> 7	11 — <b>L II</b> 34
83 — p. 134	12 — <b>L II</b> 41

13 — v.	<b>L II</b>	42	II,	52 — v.	<b>L II</b>	75
14. —	<b>L II</b>	40	53 —	<b>L II</b>	70	
15 —	<b>L II</b>	43	54 —	<b>L II</b>	80	
16 —	<b>L II</b>	44	55 —	<b>L II</b>	81	
17 —	<b>L II</b>	45	56 —	<b>M IV</b>	52	
18 —	<b>L II</b>	46	57 —	<b>M IV</b>	53	
19 —	p.	134	58 —	<b>M IV</b>	54	
20 —	<b>L II</b>	48	59 —	<b>M IV</b>	55	
21 —	<b>L II</b>	49	60 —	<b>M IV</b>	56	
22 —	<b>L II</b>	50	61 —	<b>M IV</b>	57	
23 —	<b>L II</b>	51	62 —	<b>M IV</b>	59	
24 —	p.	134	63 —	<b>M IV</b>	61	
25 —	<b>L II</b>	52	64 —	<b>L II</b>	84	
26 —	<b>M III</b>	92	65 —	<b>L II</b>	85	
27 —	<b>L II</b>	36	66 —	<b>L II</b>	87	
28 —	<b>L II</b>	53	67 —	<b>L II</b>	88	
29 —	<b>M III</b>	89	68 —	<b>M IV</b>	64	
30 —	<b>L II</b>	54	69 —	<b>M IV</b>	65	
31 —	<b>L II</b>	55	70 —	p.	134	
32 —	<b>L II</b>	56	71 —	<b>M IV</b>	67	
33 —	<b>M IV</b>	21	72 —	<b>L II</b>	89	
34 —	<b>M IV</b>	22	73 —	<b>M IV</b>	79	
35 —	<b>M IV</b>	23	74 —	<b>M IV</b>	80	
36 —	<b>L II</b>	59	75 —	<b>M IV</b>	81	
37 —	<b>L II</b>	60	76 —	<b>M IV</b>	82	
38 —	<b>M IV</b>	15	77 —	<b>M IV</b>	83	
39 —	<b>L II</b>	61	78 —	<b>M IV</b>	84	
40 —	<b>L II</b>	62	79 —	<b>M IV</b>	85	
41 —	<b>M IV</b>	16	80 —	<b>M IV</b>	86	
42 —	<b>M IV</b>	17	81 —	<b>M IV</b>	87	
43 —	<b>L II</b>	63	82 —	<b>L III</b>	7	
44 —	<b>L II</b>	64	83 —	<b>L III</b>	8	
45 —	<b>L II</b>	65	84 —	<b>L III</b>	6	
46 —	<b>L II</b>	58	85 —	<b>L III</b>	9	
47 —	<b>L II</b>	68	86 —	<b>L III</b>	11	
48 —	<b>M IV</b>	44	87 —	<b>L III</b>	12	
49 —	<b>M IV</b>	32	88 —	<b>L III</b>	13	
50 —	<b>L II</b>	73	89 —	<b>L III</b>	14	
51 —	<b>L II</b>	74	90 —	<b>L III</b>	15	

## x

II, 91	v.	L III	16	III, 4	v.	L III	31	
92	—	L III	17	5	—	L III	32	
93	—	L III	19	6	—	L III	33	
94	—	L III	20	7	—	L III	34	
95	—	L III	21	8	—	L III	35	
96	—	L III	22	9	—	L III	36	
97	—	p.	134	10	—	L III	37	
98	—	L III	25	11	—	L III	38	
99	—	L III	26	12	—	L III	39	
100	—	L III	27	13	—	L III	40	
III	1	—	L III	28	14	—	L III	41
	2	—	L III	29	15	—	L III	42
	3	—	L III	30	16	—	L III	43

§.5. [p] **P**arisinus, n. 2524, rarissime a Gregorio Pantiniano [P] recedit, unde factum, ut pauca ex eo referrem. Has syllogas e PLMFp editas quamquam rerum novitate non magnopere commendari probe scio, siquidem longe plurima in Scholiis Platonicis, in Diogeniano aliisque scriptoribus leguntur, habent tamen peculiaria quaedam, cur non sine causa editae esse videantur.

§.6. [S] **M**acarii Chrysocephalae *Ῥωδωνίαν* e codice Veneto, quem accurate descriptum dedit Villoisonus Anecd. T. II p. 4, Walzius in notis ad Arsenium primus publici iuris fecit. Sed quum ex Walzii editione de ordine, quem proverbia servarent, non certo constaret, adii per literas Keilium meum tum Venetiis commorantem eumque rogavi, ut mihi Macarii proverbia ex codice illo describeret. Respondit ille precibus meis misitque exemplum codicis tanta diligentia expressum, ut firmissimum emendationi fundamentum positum esset.

§.7. **A**esopi proverbia e cod. Medicco Plut. LVII, 24 edit. Walzius ad Arsen. p. 492. Unde repetii.

§.8. **P**ervenio ad **A**póstolium et **A**rseñium. Apostolius Byzantius Graecorum proverbiis collectis et in ordinem redactis separatis temporibus duo collectionis exemplaria fecit, quorum unum Gaspari, Osmi episcopo, de quo dictum infr. p. xxi, transmitteret, alterum Lauro Quirino, homini celeberrimo, de cuius vita et studiis doctrinae multi doctissime exposuerunt. Codex autem, quem Quirino misit Apo-

stolius, ex Fr. Asulani bibliotheca in Parisiensem regiam pervenit, ut primus perspexit Bastius Epist. crit. p. 249, cuius iudicium calculo suo E. Millerus et Duebnerus approbaverunt. Numerum nunc gerit 3059. Ab hoc codice quum crisin in Apostolii synagoga exercendam totam pendere sponte intellegarem, precibus commovi Fr. Duebnerum, ut molestissimum codicis conferendi laborem in se reciperet. Usus sum scripturis huius codicis tanta diligentia, vix ut maior optari potuerit, ab optimo amico enotatis ita, ut nullam e textu, quem vocant, removerem: archetypum enim scriptoris mei tractabam: igitur sic habeto: omnes verborum formae in textu repraesentatae ab Apostolio ipso profectae sunt. Ab hac lege, de qua diu dubius haesi, quamquam nolui discedere, hoc tamen concedendum hodiernae consuetudini arbitratus sum, ut in interpunctione, qua nimis puerili bonus ille Michael utitur, in iota subscribendo et in spiritu literae ꝑ imponendo, quibus fere abstinuit, morem nunc receptum sequerer. Ceterum codex, de quo hucusque disserui, chartaceus est, formae maximae, nobis D dictus: scriptus est ante annum MCCCCCLXVI: eo enim anno Quirinus diem obiit supremum. Marginibus pauca quaedam ab Apostolio addita sunt: multo plura a manu recentiore [u], ex quibus quae utilitatem aliquam praebere videbantur, in Mantissam Proverbiorum reieci.

Exemplum Quirino traditum quum vitiis mendisque omnis generis plenum sit et abundet, quaestio exoritur, num eadem neglegentia et crassa inscitia, eisdem incredibilibus stupidissimae mentis documentis exemplar Gaspari transmissum laboraverit. Ut hanc quaestionem ad liquidum confessumque perducerem, in partes vocavi codices Parisinos, Vratislavenses, alios. Et Parisinos Duebnerus meus contulit, cuius prolixa in me benevolentia mihi iterum veris efferenda est laudibus: indefessa enim huius hominis industria collatus est

§.9. [E] **Parisinus 3060**, olim 288, formae maximae, charta laevigata eleganter scriptus saec. XVI manu hominis in his rebus ut videtur omnino non versati. Est hic codex, si ex Pantini editione iudicium facere licet, gemellus fere Bruxellani. Tum

## XII

§.10. [N] **Parisinus 3072**, olim **Bigotianus**, formae quaternariae, E. Millero teste saec. XV scriptus.

Vratislaviensium comparationem Bakhuizenio debo, cui ob tam eximiam benignitatem quanta gratia habenda sit et nunc sentio et semper gratus profitbor. Evolvit autem Vir doctissimus

§.11. [R] **Rhedigeranum I**, partim membranaceum partim chartaceum, in Krantzii Catal. Biblioth. Rhediger. numeratum **CLV**, saec. XV excunte a librario indocto nec ab iotacismo immuni exaratum. Fuere qui hunc codicem ab ipso Apostolio scriptum esse assererent: v. Wachlerus de Thom. Rhediger. disput. p. 38: add. Krantzius Memorab. Biblioth. public. Elisab. Vratisl. p. 88 sq.: sed eos errasse literarum figurae in codice Parisino D exhibitae extra omnem dubitationem posuere. Inspexit idem Bakhuzenus

§.12. [r] **Rhedigeranum II**, chartaceum, quadratum, altero multo breviorem et deteriorem; nam neglegenter ab librario a literis alieno descriptus est: Quibus liberaliter adiecit

§.13. [O] **Lobcovicianum**, qui ex Italia olim a Boleslavio de gente Lobcovicia Hassensteiniano, circa annum MD in Bohemiam illatus fertur: conf. C. E. C. Schneiderus ad Plat. Civit. T. I praef. p. xv. Is in omnibus fere congruit cum editione Hervagiana: pro certo hoc affirmo, quamquam Bakhuzenus, quum Apostolii editio ad manum non esset, iuxta lectiones e Rhedigeranis enotatas coactus erat librum conferre.

§.14. Denique huc pertinet a Keilio meo descriptum

[G] Fragmentum Marcianum, quod e codice Veneto class. **XI** desumptum est: codex est chartaceus, saec. **XVI**: incipit Χαλάσω τὴν ἴερὰν ἀγκυραν: v. Apost. **XVIII**, 10: desinit: ὠτίων πιστότεροι ὁφθαλμοί: ἐπὶ τῶν τὰς οὐραῖς μείον παραβαλλομένων: v. Ap. **XVIII**, 71. Sunt proverbia ex Apostolio excerpta: hinc non necessarium visum, quod primum apud me constitueram [cf. infr. p. 865], ut integra haec proverbia ederem: memorabiles scripturas notis criticis Apostolio adiectis inserui.

§.15. Codices RENOGr omnes ex libro ad G. Zaccchium dato ductos esse et tituli [cf. infr. p. 233] ostendunt et summus in vitiis consensus: ut in Parisino D, sic etiam in his libris

specimina supinac ignorantiae cum mentis quadam hebetudine coniunctae permulta in quavis ferè pagina congesta et quasi coacervata sunt. Ceterum non pauca ex eis quae in D leguntur, in his codicibus desiderantur omnibus, ut N plerunque Aeliani ac Palaeophati locos omisit, quod, quum nulla inde utilitas redundare videretur, raro expressis verbis indicavi: alia vero insunt, quibus D caret: haec in Mantissam Proverbiorum, de qua infra dicetur, delata sunt. Est autem his libris et in primis DER persimilis atque cognatus

§.16. Codex Pantini sive Bruxellensis: v. de eo Heinsius et Pantinus infr. p. xvii sq.; nunc in bibliotheca regia Bruxellensi asservatur. Quamquam codicis vestigiis in editione sua Pantinum non anxie inhaesisse, sed ab eis saepe non mouito lectore recessisse probe intellexi, tamen editio illa mihi codicis instar esse debebat: non enim contigit mihi esse tam felici ut invenirem, qui codicis excutiendi laborem molestissimum exantlare vellet.

§.17. [H] Editio princeps est Hervagiana, a. MDXXXVIII Basileae impressa. Usum criticum habet nullum.

§.18. [Z] Secuta est P. Pantini editio, a D. Heinsio et A. Schotto correcta atque aucta: v. infr. p. xviii. Bis edita est: prior hoc titulo decorata:

*MIXAHΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ.* Michaelis Apostolii Paroemiae: Nunc demum, post Epitomen Basiliensem, integrae, cum Petri Pantini versione, eiusque et Doctorum notis, in lucem editae. 4. Lugd. Batav. CIJCLXIX.

Altera, quae in textu verborum a priore non recedit, sub hoc titulo prodiit:

*MIXAHΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ.* Centuriae XXI. Proverbiorum ex optimis auctoribus Graecis collectae a Michaele Apostolio Byzantino. Cum V. C. Petri Pantini, Tiletani, versione et notis ipsius ac aliorum doctorum, quibus adagia illustrantur et suis auctoribus assignantur. Cum indicibus locupletibus. Item Patriarchae Gregorii Cyprii proverbia. 4. Lugd. Batav. CIJCLIII.

§.19. Haec de Apostolio dicenda erant: transeo ad Arsenium. Apostolius quum proverbiorum collectionem com-

## XIV

poneret, simul sententias et apophthegmata virorum clarorum eo consilio concessit, ut edita farragine ista inopiam suam ac paupertatem sublevaret. Morte autem abruptus omnia quae corraserat in Arsenii filii manus pervenerunt, qui quo modo patris collectaneis usus sit in praefatione Ioniae — hoc enim nomine opus ornavit — praemissa his verbis declarat :

‘Ο μὲν ἐμὸς πατὴρ, παναγιώτατε καὶ μακαριώτατε δέσποτα, πάλαι ποτὲ διατρίβων ἐν Ρώμῃ Γάσπαρι τῷ αἰδεομιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τοῦ “Οσμιου συναγωγὴν παροιμιῶν ουνθεῖται ὑπέσχετο. ’Αρξάμενος δὲ τῶν παροιμιῶν, συνυπεινῆσθη καὶ γνωμῶν ἀποφθεγμάτων τε καὶ ὑποθηκῶν ἀρχαιοτάτων καὶ σοφωτάτων ἀνδρῶν· ταντὶ γὰρ δήπου θεν ἀλλήλων εἰσὶν ἀδελφά· θεν καπὲ τοῖς τῶν ἔνδον, καπὲ τοῖς ἔξωθεν ἔστιν εὐρεῖν παροιμιασταῖς οὐκ ὀλίγας καὶ γνώμας καὶ ὑποθήκας καὶ ἀποφθέγματα. Τuis μὲν οὖν παροιμίαις τέλος ἐπιθεῖς, ὃ καὶ ὑπεσχέθη, ἔξεδοτο· τὰ λοιπὰ δὲ καταλιπὼν ἐτέραις φροντίοις αὐχολιθεῖς καὶ νόσῳ ἀνηκέστῳ περιπεοῶν συμπεριφρονέα καὶ ἄταπτα, καὶ ἐν’ εἶπω κατ’ Ἀναξαρόνταν πάνθ’ ὄμιον χοῖρατα, νοῦ τινος δέδμενα, ἐξ ἀταξίας εἰς τάξιν παραγαγεῖν, τὸν βίον μετήλλαξεν Ἀριστάρχορ’ ἀφεὶς ὑποδήσασθαι οὐκ ἐργάσαμενον, ἀλλ’ ἀρχάσαν τὸ ὑπόδημα. ἐγὼ δὲ ταῦτα διαδεξάμενος καὶ τοῖς πατριοῖς ἰδόωσι συγκαταρίξας τοὺς ἐμαντοῖ, τέλος οὖν θεῶ τῷ ἔργῳ ἐπέθηκα, ἐξ ἀταξίας εἰς τάξιν παραγαγὼν καὶ πρὸς τοῖς ἐπείνου πάριπολλα, οὐγὶ ὅτι τῶν ἔξω, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔσω σοφῶν ξυναγηγῶχας καὶ ταῖς παροιμίαις ξυντεταγώς, ἀπερ εἴπερ τῶν ἐκείνου παρενθημέτων ἀρχαιοτέρα λέγοιμ’ ἀν εἶναι καὶ ὀραιότερα, θαρρῶν ἀν εἴποιμε τάληθές τούτου δέ μοι γέγονεν αἴτιος ὁ λογιώτατος ἀτὶς, Ἰωάννης ὁ Λάσκαρις, ὁ τοῦ γένους τῶν ‘Ελλήνων ἐπισημότατος πτλ. Codicem huius operis ab ipso Arsenio exaratum Parisina bibliotheca possidet: est chartaceus, n. 3058, formae maximea: signavi litera A: contulit Duebnerus. Opus, quod ego, quo commodius citari posset, in centurias divisum, Arsenius archiepiscopus secundum literarum ordinem ita disposuit, ut quae intra unam literam cogenda putaret, in quatuor capita disponeret, quorum primum proverbia, alterum sententias e Stobaei Florilegio et SS. Patribus collectas, tertium clarorum virorum apophthegmata, quar-

tum historias complectetur. Ex his ego hoc volumine proverbia edidi; reliquis spero fore ut in tertio huius corporis tomo locus exploretur. Omnia vero quae pater in proverbiorum collectionem receperat, Arsenius Violario suo ita inseruit, ut ne verbum quidem mutaret: unde explicandum, quod in apparatu meo critico rarissime codicis A scripturae comparent. Ceterum quae Arsenius attulit a patre praetermissa, ea minoribus literis Apostolii verbis subieci: nihil in eis mutavi, ratus, quum in scriptoris archetypo versarer, a mutationibus esse abstinendum.

In notis criticis quam potui diligentissime emendatam lectionem annotavi et operam dedi, ut illa literarum diductarum ope se oculis lectorum sponte quasi insinuaret. In annotationibus vero paucis ea afferre studui, quae ad proverbiorum explicationem necessaria essent: in quibus scribendis quantum laboris et molestiae ferendum fuerit, intelligentes lectores ipsi facile videbunt. In tota hac operis parte quantopere duobus libris adiutus sim, reticere non possum: dico exemplum primi huius corporis tomi a Schneidewino, collega et amico optimo, suppeditatum, cui Imperius, amicus desideratissimus, emendationes adscripserat: et editionem Apostolii Pantinianam, a Petersenio, doctissimo Bibliothecae Hamburgensis praefecto, perhumaniter ad me missam, in cuius marginem Steinhelius, civis Hamburgensis, circa finem saeculi decimi octavi annotationes coniecerat doctrinae copia insignes.

§.20. Ultimum locum occupat Mantissa Proverbiorum, in quam sententias a manu recentiore in codd. DA marginem coniectas comportavi, quibus addidi, quae in ENRWZ inventi a D omissa. Recentiores A manum Aa signavi.

Superest ut siglorum quibus in annotatione critica usus sum brevem explicationem lectorum in gratiam adiiciam. Significatur igitur litera

A — codex Arsenii Parisinus no. 3058: v. Praef.  
T. II. §. 19.

Aa — manus codicis Parisini n. 3058 secunda: v. pr. §. 20.

Ab — scriptoris locus in cod. A secundum positus.

Ac — scriptoris locus in cod. A tertio positus.

As — Aelianus.

## XVI

- a — codex Laurentianus Arsenii: v. Walzius ad Arsen. pr. p. IV.
- B — codex Bodleianus: v. T. I praef. p. XXXI.
- C — codex Coislinianus: v. T. I praef. p. XXXII.
- D — codex Apostolii Parisinus no. 3059: v. T. II praef. §. 8.
- Ds — Diogenianus primo tomo editus.
- DV — Diogenianus volumine secundo e codice Vindobonensi editus.
- d — codex Diogeniani Vindobonensis: v. T. II pr. §. 4.
- E — c. Apostolii Parisinus no. 3060: v. T. II pr. §. 9.
- F — codex Vaticanus Gregorii Cyprii: v. T. II praef. §. 4.
- G — codex Venetus fragmenti Marciani: v. T. II praef. §. 14.
- g — codex Grabbianus Diogeniani: v. T. I praef. p. XXX.
- H — editio Apostolii Hervagiana.
- K — codex Vaticanus Kramerii: v. T. I praef. p. XXXIII.
- L — Gregorii Cyprii codex Leidensis: v. T. II praef. §. 2.
- M — Gregorii Cyprii codex Mosquensis: v. T. II praef. §. 3.
- m — Arsenii codex Moscoviensis apud Walzium: v. Walzii praef. Arsen. p. IV.
- N — Apostolii codex Parisinus no. 3072: v. T. II praef. §. 10.
- O — Apostolii codex Lobeovicianus: v. T. II praef. §. 13.
- P — Gregorius Cyprius a Pantino primum editus: v. T. I praef. p. XXXVI.
- Ps — Palaephatus.
- p — c. Gregorii Cyprii Parisinus: v. T. II praef. §. 5.
- R — c. Apostolii Rhedigeranus I: v. T. II pr. §. 11.
- r — cod. Apostolii Rhedigeranus II: v. T. II pr. §. 12.
- S — eodecx Venetus Macarii: v. T. II praef. §. 6.
- u — manus secunda codicis D: v. T. II praef. §. 8.
- V — codex Vaticanus Schotti: v. T. I praef. p. XXXIII.
- W — Arsenii editio a Walzio curata.
- Ws — Palaephatus a Westermanno editus.
- Z — editio Apostolii Pantiniana.
- Scribebam Gottingae mense Novembr. a. MDCCCL.

**D. HEINSII EPISTOLA APOSTOLIO PAN-  
TINIANO PRAEMISSA.**

AMPLISSIMO ET CLARISSIMO VIRO  
**IANO RUTGERSIO**  
 CONSILIARIO REGIO,  
 FRATRI CARISSIMO,  
**DANIEL HEINSIUS S. D.**

Esse sapientiam aliquam multo et Platone et Aristotele antiquorem sed vulgarem magis, testantur tum alia tum philosophorum antiquorum *φιλόμενα*, quae a Laertio vocantur: testantur paroemiae quas vocant. quae nihil sunt aliud, quam sapientiae quae libris non comprehenditur et quasi per manus instar suppellectilis ad vitam expeditee traditur, reliquiae contractiores. quas nec foeminae ignorant neque imperiti, et parentibus *ως πατροπαράθονος σοφίαν* debent liberi. Et haec et ipsa cum de iis agit, Aristotelis confessio est. Nam et quaedam sunt de rebus naturalibus: et nonnullae, morales: neque paucae, historicae. quae cum omnes temporis antiqui observatione aut praeeceptis instruant, Grammaticis nihilominus, quod morosum esse genus hominum ac putidum non nescis, crucem figunt. quia quamquam usus patet omnibus ad vitam, origo tamen et occasio ab iis quaeritur in singulis ad ostentationem. Idque ab iis qui libenter eruditioiem venditant, cum de reliquis securi esse soleant. Atque eo . in hoc genere potissimum, Graecorum profecit ambitio. Caeterum, praeter antiquos illos magni nominis auctores, qui in colligendis atque interpretandis veterum paroemias, non inanem plane posuerunt operam, et nostratem Desiderium Erasmus fuit et Michael Apostolius: vir doctissimus et inter Graecos illos, qui post funditus ever-sas res et literas Graecorum, Romam denuo Athenas invexerunt. Scripti huius utilissimi, vitioum plane ac contractum ante annos plurimos compendium habemus. Ipsum autem inter reliqua *κειμήλια* diu admodum Vir Reverendus et amicus olim noster, Petrus Pantinus servavit. Quem Bruxellis olim cum viderem, ut interpretationem ei daret, ipsum autem beneficio hoc ornatum, *ὅλον καὶ ὅλον ληγον* in lucem ederet, seriohortatus sum. Quod ab illo coeptum est feliciter, felicissime is absolvit, cui

\* \*

## XVIII

## D. HEINSII EPISTOLA.

infinita, inter alia autem, et Paroemiographos Graecorum omnes, pridem eruditii debent. Is Andreas Schottus est: Vir humanitate tanta, ut cum publica utilitate sit doctissimus neque quicquam ulli homini invideat, quia nemine inferior est iis quibus invidere solent homines. Est enim invidere, alium superiorem se fateri, ideoque male illi velle. Idem notas maxima ex parte auxit, neque contemnenda addidit. Ipsum autem, infinitis locis vitiosum, infinitis pessime descriptum, ut et versionem nondum ab auctore perpolitam, recenseri atque emendari a nobis voluit. ea lege, ut hoc totum cum auctore tibi cederet. Quid praestiterim, nec ille nescit et tu praesens saepius vidisti. omnium autem optime typographi neverunt. Unum dicam, paene emendandi taedium, utilitatis studium viciisse. Nam et singuli auctores, e quibus sua desumpsit ille, percurrenti, omnes qui Paroemias scripserunt, evolvendi, atque ex omnibus, unus qui dein, sed attente et ex tempore, restituendus fuit. Nullum enim tempus nisi inter operas dabatur. Caeterum hoc opus, ut iam dixi, tibi ut inscriberem, idem ille suasit, cuius de humanitate plurima iam dixi. Quam tu toties agnosces, quoties in manus hunc auctorem sumes. Mea exspectabis, cum ad sapientiae ac literarum elegantiam rediero. Nunc enim longe alia nos tenent. Et ut verum dicam, ex quo noctes etiam partiri coepi, multum de industria remisi. Quae ingentem dicam tibi scribet. Quamvis enim valde mei studiosa sit, ut nosti; tamen, ut est sexus iste, omnium et popularium et tribulum meorum facile me pigerimur esse patitur. Vale, mortalium suavissime ac amicissime. Anno CICICXIX, XII Febr. Inter occupationes publicas, et quidem molestissimas, quaeque nihil cum his studiis commune habent.

## CANDIDO LECTORI

PETR. PANTINUS TILETANUS.

Ut Themistoclem Miltiadis trophyae excitatum somnum vix capere potuisse Tullius atque Plutarchus referunt; ita me aliorum in arguento, quod pro virili illustrarem, diligendo exemplum esse libenter secutum nisi profitear, ingratus haberi: si vero inficiar, mendacii argui merito queam. SCHOTTUM nostrum (cuius me lateri haesisse peregrinationisque ac studiorum fuisse socium, non iniuria mihi gaudeo) Proverbia e Graecorum fontibus, editis nuper Zenobio, Diogeniano, itemque Suidae atque Hesychii collectaneis Graece, Plantinianis ornasse typis cum animadvertissem; essetque penes me MICHAEL APOSTOLIUS Byzantius, qui post Graecos illos in Ionia, hoc est Violario suo, (ut opus suum inscribendum duxit) non Sententias modo et Apophthegmata antiquorum Graece, sed et Paroemias collegisset, optimum factum existimavi si et illum a me descriptum et Latina donatum civitate, Schotti exemplo, foras darem, ac publici iuris facerem: quod esset multo locupletior duploque amplior, quam olim Basileae quasi ἡ πετρούπολις evulgasset Hervagius: codice, ut coniicio, auctoris manu, vel certe eo inspectante eleganter conscripto: cum frustra etiam exspectaremus hactenus maiorem

## P. PANTINI PRAEFATIO.

XIX

ADAGIORUM APOSTOLII editionem a Rob. Constantino Lexicographo in Tigurina bibliotheca pridem promissam. Non contentus itaque Graece velut ex pelago hausisse, Latine etiam reddere placuit, quo ad plures, Graece etiam imperitos, manaret utilitas: Notas etiam in rem praesentem adiiciendas curavimus, partim ut interpretationis nostrae rationem in dignis vindice nodis exponerem: partim ut usum Proverbii cuiusque, auctoresque qui usurparint, digito veluti demonstrarem: originem denique cuiusque a capite arcesserem: adiutus non parum, fatebor enim, SCHOTTI eiusdem recens tunc editis ad Paroemiographos illos veteres Graecos Notis, doctis Iupiter et laboriosis. Adhibui, ut debui, suis etiam locis, quas Graece longe doctiss. David Hoeschelius Augusta Vindelicorum ad nos, dum viveret, miserat Observationes in Graecas παρομιας: ratus, quod res est, ingenui esse hominis, per quem profeceris, libenter agnoscere, neque alienum quid arrogare velle. Quid praestiterim aut certe voluerim, aequus rerum arbiter existimabit, et, quo haec saeculi abundat felicitas, numerosus eruditorum grex iudicabit. Evidem APOSTOLIUM, etsi antiquum non esse scirem, insuper habendum non iudicavi, quod e Paroemiographis antiquis, Suida<sup>1)</sup> potissimum, pleraque hauserit. Qua vero aetate vixerit maiorum memoria sic habeto: Bessarionis<sup>2)</sup> enim

1) Quamquam Suida Apostoliū usum esse, primo aspectu extra dubitationem videatur possum, tamen cum alia tum proverbia saepe licenter e Suidae verbis concinnata [e. g. Ap. III, 1 XI, 75 XII, 27. 98 XIV, 10 18 19 21] me adducunt ut statuam librum Apostolio ad manum faisse qualem describit Millerus in libro: *Catalogue des Manuscrits Grecs de la Bibliothèque de l'Escurial*, p. 73: „Collection de proverbes portant ce titre: Συναγωγὴ τῶν Ταῦτων καὶ Διδύμου καὶ τῶν παρὰ Σούδα (sic) καὶ ἄλλοις διαφόροις παρομιῶν συντεθεισῶν κατὰ στοιχεῖον.—Le premier article est Ἀβασύνιος ἡ ἀγύμναστος, ἀδοκίμαστος εἴρηται δὲ καὶ. Voyez Suidas, qui contient le même article.— Ce manuscrit est très-correct et très-bien écrit. Il a été brûlé en partie dans l'incendie de 1671, mais le texte n'a pas été atteint.” Haec Millerus, V. Cl.: alias id genus libros recenset Pasinus Catal. libr. mss. Bibl. Taurin. p. 382. 383. 385. Sed fuerit Suidas ad manus: quod verissime dixit A. Maius in Scriptor. Veter. Nov. Collect. T. II, Add. ad p. 560 s. Dion. Cass. Hist. T. IX, p. 247 Sturz. de Arsenio, id pertinet etiam ad Apostoliū: „Quidquid Arsenius in sua ad Leonem X praefatione dicat, ego quidem magnopere suspicor quam edidit Anthologium non tam ipsum Marte proprio ex variis libris decerpisse, quam ex aliquo codice edidisse. Abundant enim in mss. bibliothecis huiuscemodi florilegiorum mire inter se discrepantium codices.” Praeterea inspexisse videtur Apostoliū corruptissimum Aelianī codicem, de quo dixit Iacobsius ad Ael. N. An. T. I, praef. p. LXXV, Palaeophatum, Plutarchi Apophthegmata, Diogenianum: Zenobio caruit. [Leutschius.]

2) De Bessarione v. librum Bandini elegantissimum: de vita et rebus gestis Bessarionis Cardinalis Nicæni Commentarius. 4. Romæ. 1777, in quo p. 69 etiam de Apostoliū agitur. Ex eo transcribam haec: „Michael Apostoliū Constantinopoli ortus Romanum venit, graecorum rebus naufragium iam passis. A Bessarione benigne receptus aliquandiu apud eum mansit. Sed cum propter iniuriam Theodoř illatam Cardinali haud aequa ac-

Card. Nicaeni et Constantinopolitani Patriarchae aequalem atque asseclam Romae constat fuisse, in globo doctorum Graecorum, qui capta pro dolor a Turcis Constantinopoli, in Italiam, ut in asylum, portum atque perfugium se recipientes, Graecas invexerunt litteras, et per Europam inde disseminarunt: nimirum

Graecia capta ferum victorem vicit, et artes  
intulit agresti Latio —

Secuti Bessarionem sunt tanquam coryphaeum aevi sui doctorum, praestantem in Latina et Graeca linguis, tum in philosophia, praesertim Platonica, ac Theologiae scientia: (ut Florentino in Concilio generali sub Eugenio quarto Pont. Max. orationibus habitis, quae leguntur, ostendit:) secuti inquam eum Emanuel Chrysoloras, Demetrius Chalcondyles, Constantinus Lascares, grammatici: Philosophi vero Gemistus Pletho, in Platonicis Bessarionis praeeceptor: Aristotelei vero Theod. Gaza, Ioann. Argyropylus; et Georgius Trapezuntius rhetor. brevi omnes Latine scribendo sic exercitati, ut et Gaza Romani sermonis pomeria in Animalium Aristotelis historia sic protulerit, ut quem illi comparem vix habeam, praeseram vero neminem. Horum aequalis et contubernalis MICHAEL APOSTOLIUS<sup>5)</sup> fuit, cuius et alia philosophica<sup>4)</sup> habemus opuscula, et Orationes<sup>5)</sup> sunt panegyricae, una in Germanicis historiis<sup>6)</sup> nuper edita; altera vero apud me ἀνέκδοτος funebris laudatio Bessarionis<sup>7)</sup>, ut et Panegyrica exstat Platinae<sup>8)</sup>: uterque Trapezunto oriundum et Plethonis auditorem Praesulem illum faciunt, ac Platonis potissimum sectatorem:

---

ceptus esset, nec ea, quae speraverat, consequi se posse intelligeret, in Cretam insulam traiecit, ibique officio ludimagistri et graecis libris excubendis pauperrimè vixit. Multa in bibliothecis existunt volumina Michaelis manu exarata et hac ut plurimum notata subscriptione: Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἄλωσιν τῆς πατρίδος πενίᾳ συζῶν καὶ τὴνδε βίβλον μισθῷ ἐν Κρήτῃ ἔγραψε.” De lite ista inter Theodorum Gazam et Apostolium accurate exposuit Bruckerus Hist. Crit. Philosoph. T. IV, 1, p. 74 sqq.: add. Boivinus in *Histoire de l'Acad. royale des inscript.* T. II, p. 778. III, p. 303. I. C. Hackius de Bessar. Comment. p. 74. 117. H. Ritterus Histor. Philos. T. IX, p. 220 sqq.

3) De Apostolio v. Chr. Fr. Boernerus de doctis hominibus Graecis litt. Gr. in Italia instaurat. p. 152 sqq.: add. Bernhardius Hist. L. Graec. I, p. 510 sqq.

4) Recenset haec opuscula Millerus in libro quem sup. n. 1 laudavi, p. 70. 379.

5) Exstat oratio Apostolii ad magistrum suum Argyropylum in bibliotheca Vindobonensi: Hoodius de Graecis ill. L. Gr. litt. hum. instaur. p. 195 Ichb.

6) Inniuit a Marq. Freherio editos Germanicarum rerum scriptores: v. T. II, p. 33.

7) Vid. Hoodius l. c. p. 152: add. G. Gem. Plethonis et M. Apostolii orationes funebres duae, in quibus de immortalitate animi exponitur. Ed. G. G. Fuelleborn. Lips. 1793.

8) De Barth. Platina s. Platinensi Barth. de Sacchis v. librum Ghilini, *Teatro d'Huomini letterati*. T. I, p. 171: add. G. I. Voss. Histor. Lat. II, p. 588. Bandinus l. c. p. 22. 101. — Oratio, cuius Pantinus meminit, exstat in hoc libro: Platinae dialogus de falso et vero bono. Dialogus contra amores. Prohemium et dialogus de vera nobilitate. Dialogi de optimo cive. Panegyricus in laudem Bessarionis. Oratio de pace Italiae confirmando et bello Turcis indicendo. Diversorum panegyrici in parentalia B. Platynae. Venet. 1504. [Leutschius.]

## P. PANTINI PRAEFATIO.

XXI

ut Gaza et Argyropulus, ac Trapezuntius Peripateticae sectae fuere studiosi. Quare sub Nicolao Quinto Romam Bessarion haec cinctus Graecorum doctorum corona venit, et ab Eugenio quarto Cardinalis creatus, obitis pro ecclesia aliquot legationibus, studio librisque editis clarus, vita tandem decessit Sexto quarto sedente, anno, opinor, MCCCCLXXII. capta iam Constantinopoli anno MCCCCLII. in ipsis Pentecostes feriis: conditusque iacet, elogio ornatus Graeco, Romae in aede sacra XII Apostolorum. Huic vero Michaeli Apostolio, ut etiamnum recenti, non satis aequus exstitit Erasmus<sup>9)</sup>: forte quod livor nondum decessisset, aut ob similis argumenti aemulationem, ὡς κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, qui copia, dum Chiliadas adornat, vincere facile posset, meliusque Graecos Paroemiographos Graece prius edidisset. Michael Angelus Politianus aequalis etiam fuit, a quo etiam nominari alibi, nisi is Michael Verinus est, creditur: ut Desiderius in adagio meminit: *Morsus aspidis.* Rursus in proverbio: *Pardi mortem adsimulat.* Item: *Lutum nisi tundatur, non fit urceus:* e vulgi faece haustum ait, ab homine non perinde eleganti atque palato, ut a domestica illi familiaritate noto accepisset. Verum enimvero integrum hunc *Apostolum* ab Erasmo visum, sed Epitomen duntaxat Hervagianam, ut credam nondum a me impetrare potui. Dedicat vero Apostolius haec *Adagiorum* selecta, etiam in Basileensi editione Hervagiana anni eius saeculi XXXVIII. nimis compendiosa, Gaspari Osmensi episcopo, Romae tum forte degenti: cuius vel in contubernio Michael haeserit, aut beneficus hic erga Graecos exsules exstiterit. Osma<sup>10)</sup> autem ne erres, hodie in Hispania urbs est, olim Uxama dicta, Castellae veteris Episcopatus. Uxama autem Plinio, Ptolemaeo vero Οὐξαμα Ἀργείλαι Arevacorum est oppidum in Hispania Tarraconensi: nisi forte in Ptolemaeo<sup>11)</sup> legendum ὄφεονακαι pro ἀργέλαι. Addit Plinius nomen hoc crebro aliis in locis usurpari. Nam et Uxamabarca<sup>12)</sup> Autrigonum est urbs in ea ipsa Hispania. Dicta et Auxima Floro lib. III. Hist. Rom. cap. 1. quae Uxama est Paulo Orosio et Auxuma Iulio Exuperantio. In antiquis marmororum inscriptionibus interdum et Uxsama sculptum videri monuit Abr. Orte-

9) Cf. Erasmi *Adag.* II, 4, 66. III, 1, 85. 3, 42. 5, 5. 6. 7. 8 cett.

10) Pantini sententiam de Osma amplexi sunt Fabricius B. Gr. V, p. 110 Harl., Boernerus l. c. p. 158., Auct. Catal. codd. MSS. Bibl. Pariss. T. II, p. 603, Walzius ad Arsen. praef. p. II. sed perperam. Nam primum de Osma hic non agitur, sed de Osmo: tum saeculo decimo quinto ne vixit quidem Osmae episcopus, cui nomen Caspari fuerit: v. Corvalan *Description del Obispado de Osma* T. II, p. 315. Itaque quod iam Morellius Bibl. Manuscrit. p. 157 significavit, de Gaspari Zaccio cogitandum est, cui a Pio Secundo episcopatus Osimi sive Osmi a. 1460 delatus est: nam quod olim Auximum nunc ab Italibus Osimo vocatur, tuac etiam Osma nominabatur: v. Cluverius Ital. Ant. II, 11, p. 737. Drakenborchius ad Liv. XLI, 21, 12. Ceterum Zaccius, qui erat ab epistolis Bessarionis, mortuus est a. 1474: v. Ughellius Ital. Sacr. I, p. 507.

11) Ptolem. Geogr. II, 5, p. 126 Wilb.: add. Uckertus Geogr. Ant. II, 455.

12) Uckertus l. c. II, p. 446. [Leutschius.]

XXII

P. PANTINI PRAEFATIO.

lius in Thesauro Geographicō. In Inscriptionum Gruterianarum p. 693  
haec Compluti a nobis visa leguntur et ab Ambrosio Morali sunt allata:

LICINIUS IULIANUS

UXAMENSIS

ANN. XX. H. S. EST

IVLIA MATER F. C.

S. T. T. L.

Olim etiam Episcopum habuit Didacum Azebedium. qui una cum S.  
Dominico contra Albingenses disputavit, obiitque an. 1207. Et Petrum,  
Osmensem cognomento a sua sede: cum Victoria in Cantabria esset ori-  
undus. Quae et nostra memoria Episcopum habuerit egregie doctum  
virum Honoratum Ioannium, Valentimum, a Ludovico Vive celebratum,  
praeceptorem a studiis Caroli Principis Hisp. Philippi II e Laesita con-  
iuge filii. Suidae sane emendando Adagiisque illustrandis incredibiliter  
hic labor, ut spero et opto, prodesse poterit: quem Lectori laborem  
Lub. m.e.r. defero dedicoque: Vos aequi bonique ut consulatis, maio-  
rem in modum rogo, obtestorque.

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

---

**DIOGENIANUS.**  
**GREGORIUS CYPRIUS.**  
**MACARIUS. AESOPUS.**

Cambridge University Press

978-1-108-01554-7 - Corpus Paroemiographorum Graecorum, Volume 2 - Part 1

Edited by E. L. von Leutsch

Frontmatter

[More information](#)

---

*Toιοντονὶ Θεμιστοκλῆς οὐπώποτ’ ἐπενόησεν.*

**ARISTOPHANES.**